



~~11-73.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
11-73. ———
SIGNAT. cIbIbCCCXIII.





In Nomine JESU!
COLLEGII
LOGICI
REPETITORII

DISPUT. I.

De Logicae Prooemio, & Ante-præ-
dicamentis, ac Prædicabilibus :

Quam

SUB PRÆSIDIO

PRÆEXIMII, CLARISSIMI QVE VIRI,

DN. M. JACOBI WÄCHTLERI,

Electoralis Alumni, nec non Amplissimæ Facul-
tatis Philosophicæ Adjuncti dignissimi,

*Eruditi Germani sui estimatis-
simi,*

Publ. disquisitioni subjicit

AUTOR

DAVID Wächler/

Grimmâ Misn.

in Auditorio Maj.

d. 22. Novemb.


WITTENBERGÆ, Typis Johannis Haken, 368.

COLLEGIUM
LOGICAE
REPEITIONUM

DAVID
Delogicae Praeceptorum & Axiomatum
SUB AUSTRIANO
PRAESENTIAE COMMISSIONIS
DN. M. JACOBI WACHTLERI

Aug 11 73

DAVID



In Nomine Dn. IESU!

Qu. 1. An Logica Genus sit ars? N.

Probat, quoniam ars est habitus (α) *realis*. (β) *principa-*
lis. (γ) $\omega\omicron\iota\mu\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$ (δ) *à voluntate dependens*. Jā verò Logica ta-
lis nō est. E. Exc. 1. Logica realiter existit, E. *realis habitus est*. Resp.
Est, sed *subjectivè*, nō *objectivè*: formaliter, nō materialiter. Exc.
2. Ab intellectu n. practico dependet. Resp. at nō $\kappa\upsilon\epsilon\iota\omega\varsigma$ tali, ac
 $\omega\omicron\iota\mu\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$. Exc. 3. Dirigit autem intellectus functiones, secundas-
quē efficit & applicat notiones; ars itaq; est. Resp. Est fall. *am-*
phib. Operatio ejus non est *externa*, sed *interna*: non per *loco-*
motivam vim; sed per *discursum animi facta*. Malè operationes
internas inter $\omega\omicron\iota\mu\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$ numerant: confunditur n. $\theta\epsilon\omega\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ cum
 $\pi\omicron\iota\eta\sigma\alpha\iota$. $\text{No}\mu\alpha\tau\alpha$ profert: $\omega\omicron\iota\eta\mu\alpha\tau\alpha$ non habet; ideoque nec
propriè efficit. Exc. 4. dist. esse inter artem principalem & in-
strumentalem; completivam & effectivam; manualementalem & mē-
talementalem &c. Resp. Est petit. Princip. distinctiones istæ p. ignotæ
sunt, p. divisi sui naturam planè evertunt. Exc. 5. Definitio
artis, quod sit *systema preceptorum usu cognitorum, & ad finem in*
vita utilem tendentium, Logicæ competit. Resp. Est El. *definit.* Ars,
in *Ramistico* tali conceptu, non sumitur propriè (Est n. acci-
dens inhaerens menti, E. non systema) nec est directè in prædi-
camento, nec de quidditate sui definiti. Exc. 6. Logica instru-
mentalis non est formaliter, sed tantum ratione *finis & usus*.
Resp. N. quia instrumentalis est *per sese*; non ex accid. ratione
objecti, non tantum ratione usus. Notiones n. secundæ per
sese sunt propter primas.

Qu. 2. An Logica sit scientia? N.

Prob. 1. Logica non est habitus *realis*, *principalis*, ac sci-
enti-



entificus; i. e. affectiones reales, de reali ac immutabili subjecto per necessariam, proximam causam demonstrans. E. nec scientia. 2. quia Logica tendit ad praxin, nec subsistit in θεωρητικῃ. 3. quia scientia Contemplationem pro fine habet: Logica verò pro Objecto. Obj. 1. Demonstrari affectiones de Syllogismo; e. gr. quantitatem, qualitatem &c. per principia, sc. præcepta necessaria & infallibiliter vera. Resp. Est fall. Consequ. Nam non nisi analogia proportionis est. Syllogismus n. Ens verum reale non est; E. nec affectiones, nec causas reales habet. Nulla necessitas (rei), nam nulla entitas. Veritas præceptorum ἄριστήμην haud parit, sed veram tantummodò γνώσιν. Obj. 2. Logicam in applicatione ipsam fieri scientiam. Resp. Est ign. El. Quæritur n. de definitione, de formali constitutione, in actu signato. Exc. 1. Ampliandos scientiæ terminos esse. Resp. N. Nam id 1. præter necessitatem. 2. contradictorium. Exc. 2. Logicum esse scientem, E. Logicam Scientiam. Resp. 1. à Concreto ad abstractum N. V. C. 2. Est sciens per γνώσιν; non per ἄριστήμην. Exc. 3. Logica nititur principiis. Resp. non essendi; sed cognoscendi: non rerum; sed præceptorum: Logicis; non scientificis: instrumentalibus, non principalibus.

Qv. 3. An Logicæ Genus sit disciplina? N.

Prob. Quia de essentia Logicæ non est, ut discatur, vel doceatur; sed id per accidens fit. Prædicatum Synonymicum sive genericum nequaquam constituit. Obj. Logicam esse partem Philosophiæ, E. quoque disciplinam. Resp. Est petit. princip. Logica n. non est pars philosophiæ; sed ejus instrumentum.

Qv. 4. An Objectum Logicæ sit omne Ens? A.

Prob. 1. quia quodvis Ens aptum est intelligi: adeoque & notioni secundæ subterni. 2. Quia non minus de Cerbero aut Purgatorio formari Enunciatio ac Syllogismus potest, quam de Cane, aut homine. 3. quia operatio mentis super omnia se diffundit, ideoque & in omnibus juvari facilitarique potest. At instrumentum debet esse perfectum & adæquatum ad finem istum, cujus est instrumentum, consequendum. E. Obj. 1. Secundas imponit notions Logicæ, E. impositio talium ejus objectum est.

est. *Resp.* Confunditur *formale* cum *materiali*: modus confide-
 randi cum re substratâ. *Obj. 2.* Entibus *rationis, privativis, ne-*
gativis &c. Regulæ notionesque Logicæ omnes non competunt,
 sicut nec rebus *divinis ac transcendentalibus*, E. Objectum Logi-
 cæ esse non potest omne Ens. *Resp. est fall. Consequ.* Nam à ne-
 gatione & incompetentiâ *quarundam* notionum, nec non re-
 spectu *quorundam* objectorum ad negationem & incompetenti-
 am *universalem*, ad absolutam ab objecti ambitu exclusionem
 N. V. C. *Obj. 3.* Non-entis nullas dari affectiones, E. Objectum
 esse non posse Ens rationis. *Resp. Est fall. à dicto secundum quid.*
 Affectiones id non habet reales, nec intrinsecas; notiones in-
 secundas, tanquam externa prædicata; admittere utique potest
 per intellectus actum, ut in comparatione cum realibus enti-
 bus *avtows.* *Obj. 4.* Omne Ens esse Metaphysicæ objectum, E.
 non Logicæ. *Resp. Est fall. ex suppos.* Omne Ens in Metaphysicis
 sumitur 1. Collectivè; hinc verò distributivè, 2. ibi tantum pro
 Entè reali; hinc verò latè, pro omni eo, quò de quid affirmatur,
 vel negatur. *Obj. 5.* Circa intellectum dirigendum occupatam Lo-
 gicam esse &c. E. *Resp. Est fall. Consequ.* Est is objectum *operatio-*
nis; at non objectum *considerationis*: subjectum informationis;
 non autem objectum tractationis. *Obj. 6.* Explicari in Logicâ
 notiones secundas, 1. rationem enunciandi ac differendi; pro-
 inde vel hanc, aut illas esse Objectum. *Resp. Est fall. homonym.*
 Confunditur 1. Logica systematica cum habituali, 2. finis cum
 objecto &c. *Obj. 7.* In prædicamentis contineri objectum Lo-
 gicæ; sed in iisdem non esse ens omne. *Resp. 1. Est petit. Princip.*
 2. Est *Elench. finis.* Prædicamenta n. *predicandi materiam quane-*
dam proponunt; objectum non determinant. *Obj. 8.* Tota Logi-
 cæ natura notionalis est, E. notiones solæ objectum ejus. *Resp.*
 Notionalis est quidem 1. *formaliter*, 2. *finaliter*; at non 3. *materi-*
aliter, & *exclusivè*.

Qv. 5. An verus Logicæ finis, discernere verum
 à falso, sit? A.

Probat. 1. quia sic finis principaliter intenditur, & ulti-
 matè tum à docente, tum à discente, tum ab utente, 2. quia in-

tellectus noster, cui Logica inservit per se, objectum est ve-
 rum; & actus proprius, veri cognitio. *Obj. 1. Cognitionem ve-*
ritatis communem esse realibus disciplinis, Theoreticæ puta
Philosophiæ, non E. propriam Logicæ. Resp. Est fall. equi-
voc. Nec n. Logica veritatem cognoscit ἁπλοῦς, sive reali-
ter, prout ipsa Philosophia; sed ἑπιτηδεῦς, instrumentaliter;
non ex se se; sed in applicatione. Obj. 2. Verum à falso di-
scerni non semper, imò difficillimè, E. Resp. Est fall. Consequ.
dist. inter finem in executione & intentione; inter finem ex-
ternum & internum; inter Logicum & Logicam &c. Obj. 3.
Etiã Practicæ Philosophiæ instrumentum Logicam esse, E. &
finem illius boni à malo discretionem. Resp. Est fall. accid. Lo-
gica discernit bonum à malo per accidens: non sub ista mo-
ralitate; sed utique potius sub boni moralis veritate, vel falsi-
tate. Obj. 4. Sub cognitione veri non comprehendi methodū;
E. nec finem illum esse adæquatum. Resp. 1. à potiori fit deno-
minatio. 2. Petit. Principij est. Cognition. veri vel est discursi-
va, vel dispositiva; per Syllogismum, vel per Methodum.
Obj. 5. Conclusionem nil aliud esse, quàm veritatis cognitio-
nem; at istam finem non esse, E. nec hanc. Resp. 1. Confunditur
actus intellectus cum instrumentò; finis cum efficiente. 2.
falsum antecedens. Sæpe conclusio falsissima est, E. & falsitas
Logicæ finis. ἄγαν.

Qu. 6. An usurpanda semper in Facultatibus
Logica sit? N.

Prob. quia sæpè tam evidens rerum perspicuitas est, ut in-
strumento Logicò non admodum sit opus. 2. quia sapiùs di-
centis autoritas per se meretur fidem. 3. quia sensualis singu-
lariù cognoscibilitas Syllogismo sapiùs opus non habet: juxta
illud; was die Augen sehen/gläubet das Herze. Obj. 1. Logicam
esse universale instrumentum, ideoque inservire omnibus Fa-
cultatibus. Resp. 1. si operis sit. 2. si non explicitè; tn. implicitè.
3. Utile non est semper necessarium. Exc. Semper in Facultati-
bus disputari per Syllogismos. E. Resp. non ex absolutâ ne-
cessitate; sed respectivâ utilitate. Neque semper, ut conse-
quen-

quentia detur; sed, ut si opus sit, per Syllogismos manifestetur.

Qv. 7. An Logica contradicat Theologia? N.

Prob. 1. quia instrumentum veritatis in usu legitimo non potest esse instrumentum falsitatis. 2. quia verum contradicere vero non potest. 3. quia una eademq; utriusq; efficiens causa est. 4. quia Logica circa realia non versatur, ut Theologia. E. contradicere huic non potest. *Obj.* Errores Logicorum, 2. Regulæ Logicæ, divinis rebus contrariæ. &c. *Resp.* Est *fall. ex accid.* Nam *dist. 1.* inter Concretum & abstractum. 2. inter contradictionem veram & apparentem. 3. inter usum & abulum. 4. inter Regulas ac notiones Logicas generaliores, & specialiores. 5. inter applicationem rectam & vitiosam.

Qv. 8. An ex Gentiliū addisci libris Logica possit? A.

Prob. 1. quia & ibi tradūtur vera & legitima media veritatem cognoscendi. 2. Qualitas Autoris libro statim non est imputanda. 3. quia & Philosophia ex libris gentium hauriri solet. 4. Sic Paulus Apostolus audivit Gentiles: Propheta, Daniel, Chaldaeos; Moses, vir Dei, Ægyptios. *Obj. 1.* Metuendam tamen idololatriam esse. *Resp. dist.* inter Logicam & Logicum; ut ut libellus Logicus ratione *authoris*, gentilis sit: ratione *dogmatis* tn., si talis non sit, usurpari poterit. Eligenda, quæ bona, quæ vera sunt: mala & falsa rejicienda. *Obj. 2.* Sed & hæreticorum fugiendos libros esse, cur non multò magis Gentiliū? *Resp. neg. Maj.* Quidam vitandi, non autem omnes sunt. Ita historicos, Philosophicos, Philologicos hæreticorum libros retinemus, legendosque proponimus, sed cum grano salis. *Obj. 3.* Melius addisci Logicam posse ex Christianorū libellis. *Resp.* omninò. Non *absolutè* loquimur, sed *comparsatè*, an usurpari quoque possint Gentiliū libri, an verò rejiciendi simpliciter.

Qv. 9.

Qv. 9. An Logica sit pars Philosophiæ? N.

Prob. 1. quia Philosophiæ (α .) *objectum* est ens reale tantum (β .) *forma*, quod sit habitus principalis. (γ .) *finis*, est S. B. Talis Logica non est, E. 2. quia nec est pars integralis, nec essentialis, ne analogicè quidem; nam sine Logica Philosophia esse potest integra. *Obj. 1.* Nos in Theoria & praxi per Logicam perfici, ratione intellectus, qui tamen finis aliàs Philosophiæ est. *Resp. Est fall. equiv.* Perficit Logica instrumentaliter: Philosophia principaliter. Deinde superiores etiam Facultates principaliter perficiunt, partes in Philosophiæ non sunt. E. *ab identitate finis*, ejusq; generatione, *ad identitatem formæ* N. V. C. *Obj. 2.* Philosophiam definiri per *Comprehensionem artium instrumentalium & scientiarum speculativarum & practicarum.* E. *Resp. Est El. definit.* Definitio n. isthæc multipliciter falsa est, sive *Genus*, sive *differentiam* spectes. *Obj. 3.* Necessaria Philosophiæ Logica est. *Resp. Est fall. Consequ.* quod n. necessarium est, pars ideò non est. *Obj. 4.* Dialectica docet philosophari; nam sola illa tractat modum discurrendi. *Resp. instrumentaliter*; non, ut Philosophia, principaliter. *Obj. 5.* Multos, dum philosophari cœperint, quia ignoraverint modos discurrendi, in multos incidisse errores. *Resp. Est fall. Consequ.* In concreto necessariam Logicam esse, concedo: at ideò partem philosophiæ in abstracto esse, non sequitur. *Obj. 6.* Logicam τῆς φιλοσοφίας χεῖρα vocari: manum verò partem esse. *Resp. Est El. similis.* Tertium comparationis hujus instrumentalis *functio* est; neutiquam *constitutio* integralis. *Obj. 7.* In applicatione fieri Logicam scientiam, cui applicatur, & per Consequ. partem Philosophiæ esse l. fieri. *Resp.* Logicam hîc consideramus in actu signato, non exercitò; in sese; non in usu. *Obj. 8.* Antiqua Philosophiæ τεχνολογία. *Resp. Est fall. Compos.* dist. inter statum Philosophiæ hodiernum & antiquum; purum & corruptum; adæquatum & inadæquatum; perfectum & imperfectum.

Qv. 10. An Logica constet materiâ & formâ? N.

Prob.

Prob. quia est qualitas, est accidens; E. materiam & formam habere non potest. *Obj. 1.* Objectum Logicæ dicitur aliàs materiale. E. materiã utiq; constat. *Resp.* Dist. inter materiã circa quam, & ex quã. *Obj. 2.* Conservatur Logica in intellectu; hic itaq; ejus materia est. *Resp.* Materia *in qua*; sed non *ex qua*. Breviter: habet *subjectum*; habet *objectum*; materiam *ex qua*, non habet. *Obj. 3.* Objecti Logici formale dari; E. formam ipsa habet. *Resp.* Est *fall. equiv.* Et formale habet, & formam quoque; *Metaphysicam* nempe; non *physicam*.

Qv. 11. An Logica differat à Metaphysica? A.

Prob. 1. quia Metaphysica est habitus principalis theoreticus; *sapientia* nimirum: Logica verò est habitus mentis instrumentalis. 2. quia Logicæ objectum est Ens & Non-Ens; Metaphysicæ v. tantummodò Ens. 3. quia Metaphysicæ finis est *θεωρησις*: Logicæ verò *πραξις* intentionalis. *Obj. 1.* Et Logicæ & Metaphysicæ objectum est Ens. *Resp.* *ἀνίσως*, tùm quoad materiale, tùm quoad formale. *Obj. 2.* Et Logica & Metaphysica agit de Veritate, Universalitate, ac Singularitate. *Resp.* At sub diverso modo considerandi. Logica, prout occurrunt in propositionibus; Metaphysica, prout in terminis simplicibus. *Obj. 3.* Substantiam & accidens, doctrinam quoque de subjecto & adjuncto, & in Metaphysica, & in Logica tractari. *Resp.* Sed prout *secundis* substant notionibus; *Pradicamentis* vel *Clasibus Topicis*. Ita in Logicis: non sic in Metaphysicis. *Obj. 4.* Canones ac Termini Metaphysici plurimi habentur quoq; in Logicis. *Resp.* Ex *accidenti*, propter discipulum, *ὅς ἐκ παρρησίας, & ἑδουματικῶς*. Identitatem utriusque *quandam* concedimus; *omnimodam* negamus. Conveniunt in quibusdam, eundem habitum non constituunt.

Qv. 12. An rectè dividatur Logica in partem Generalem & Specialem? A.

Prob. 1. quia hæc divisio est, (α.) Logicæ totius, (β.) suo æqualis divisio, (γ.) constans paucissimis membris, iisque (δ.) disjunctis, & (ε.) Generalia in Generalè, Specialia in Specialem

B

par-

partem distribuentibus. (ζ.) fundamentum suum legitimum habet: quod quidem in hoc instrumentali habitu esse nec potest, nec debet *objecti materiale*, vel *formale*; neque *subjectum inhesionis*, vel *informationis*, sed *internus finis* seu instrumentum omnium *primarium ac principale*, *Syllogismus*. Agitur itaque *communis* Logicæ pars de notionibus *ad formam*; *propria* verò de notionibus *ad materiam* Syllogismi necessariis: sive, *pars generalis* de Syllogismo in genere; *pars specialis* de Syllogismo in Specie, ratione *materia*, *Apodictico*, *Topico*, *Sophistico*. *Obj. 1.* Sub definitione, divisione, & argumentatione totâ comprehendi *Logicam*; hanc E. divisionem esse legitimâ, *Resp. 1.* Est *petit. princip.* Superest n. *prædicatio*, *Enunciatio*, imò & *simplex apprehensio*, ac *methodus*. 2. Est *ign El.* non n. quæritur, sub quibus comprehendi conceptibus *Logica* tota possit: sed quomodo *perspicuè*, *concinne*, & *adequatè* sit dividenda? *Obj. 2.* *Propriam partem* sub *communi* contineri. E. divisionem *eciam* non esse bonam. *Resp. 1.* Est *fall. Conseqv.* Subordinatio partium divisioni disciplinæ non repugnat penitus. 2. Non est comprehensio hæc *formalis*, sed *materialis* duntaxat, quæ partium Unitatem haudquaquam facit. *Obj. 3.* *Rationis naturalis* usus, quem consistere dicunt, in argumentorum inventionem, ac eorundem iudicio: Atque sic in has duas partes, *Logicam* dividi posse. *Resp.* Quæritur a. quàm *benè*? quàm *perspicuè*? Neque *Logica* secundum conditionem *subjecti*, sed *ex ratione sui*, dividenda venit. *Obj. 4.* Divisione hac nostrâ non comprehendi methodum, *Resp. Sc.* *immediatè atq; explicitè*: habetur *implicitè* in subdivisione, cum *propria* pars dicitur esse *vel inferens*, *vel ordinans*.

Qv. 13. An ad essentialem Logicæ partem Antepredicamenta pertineant? A.

Prob. quia per se ac directè influunt in *ἔργον* Syllogismi, dū simplicissima præbent instrumenta, ac generalissimas notionem, quibus aptitudo prædicandi radicaliter notificatur. *Obj. 1.* In *Logicis* indirectè de *equivocis* agi, E. nec *Antepredicamenta partem*

partem esse essentialem. *Resp.* Est *fall. divisionis.* De *Synonymis* in. atque *Paronymis* omninò directè ac necessariò. *Obj.* 2. Ab æquivocis cavendum penitus esse. *Resp.* in *actu exercitio* : at non in *actu signato*. Non ut decipiamus, sed ne decipiamur. Nec V. C. ab æquivocis ad universam Antepredicamentorum doctrinam. *Obj.* 3. Antepredicamentorum doctrinam protheoriam duntaxat ac preparationem quandam ad predicamentorum intelligentiam esse; Non E. partem essentialem. *Resp.* Est *fall. fals. hypoth.* Non n. tantùm; quia & modum tradunt predicandi *Synonymicè* ac *paronymicè* : quâ de nobilissimâ doctrinâ in. nil habetur in Prædicamentis.

Qu. 14. An Homonyma rectè definiantur; quòd sint: quorum solum nomen commune est, definitio v. juxta illud nomen plane diversa? *A.*

Prob. 1. ab antiquitate. 2. à perspicuitate. 3. ab adæquatione. 4. ex abstractione &c. *Obj.* 1. Non solum nomen, sed etiam verba & participia esse æquivoca. *Resp.* Est *fall. equiv.* Nomen hîc generaliter & logicè, pro quavis dictione significativâ, sumitur; non a. *precisè*, pro illâ orationis parte, quæ verbo *grammaticè* contradistinguitur. *Obj.* 2. Æquivocorum definitiones diversas sæpè non esse: e. gr. & lupus terrestris, & lupus aquatilis est brutum vorax & rapax. *Resp.* Est iterum *fall. equiv.* Dist. inter definitionem seu descriptionem *propriam* & *communem*; proximam & remotam; *internam* & *externam*; formalem & accidentalem. *Obj.* 3. Inter æquivoca unitatem vel communitatem *significationis* non dari. E. nec *Nominis*. *Resp.* est *fall. à dicto secundum quid.* Licet n. commune Nomen haud sit, ratione *sensûs* ac *significationis*; tamen ratione *vocis* ac *terminationis*. *Obj.* 4. In æquivocis quibusdam, non solum nomen, sed attributa ipsa simul esse communia; v. gr. lupus terrestris & aquatilis, non *nomine* tantùm; sed *genere* quoque conveniunt. *Resp.* Est *ign. El.* Vocabulò *SOLUM* prædicatorum *formalium* convenientia tantùm excluditur; non omnis con-

venientia, vel generica, vel remota, vel extrinseca penitus negatur. Nec *V. C.* Hæc in *hoc nomine* æquivoca non sunt. *E.* in *nullò*; *E.* prorsus æquivoca non sunt. *Obj. 5.* Homonyma definiuntur non in singulari, sed in *plurali*: quod vitiosum. *Resp. 1.* Descriptio est; non autem accurata definitio. *2.* Fit istud ex *accidente*. Consistunt n. homonyma in comparatione. *Obj. 6.* Æquivoca non cadere sub definitionem. *Resp. materialiter*; bene tn. *formaliter*: In actu signato; licet non in actu exercito.

Qu. 15. In quonam consistat formalis ratio Æquivocorum?

Resp. In Identitate seu communitate *nominis*, ut prædicatum tantum *verbale* sit, ac solo nomine subjecto suo commune. *Ratio*: Nam si *reale* fuerit, *Synonymum* quoque l. *Paronymum* erit. Hinc Canon: *Æquivoca denominatio non est reali participatio.* *Obj.* Simples quoque terminos æquivocos esse, prædicata non semper. *Resp.* Dist. inter Æquivoca *Grammatica*, quoad modum significandi; & *Logica*, quoad modum prædicandi. De his nunc agimus.

Qu. 16. An æquivoca vocabula æquivocam semper pariant Orationem? N.

Prob. 1. Quia in constructione subjecti & prædicati, ex antecedentium & consequentium aliarumque circumstantiarum collatione, vocum ambiguitas perit. *2.* Aliàs in nulla oratione haberi veritas posset, quum tn. oratio simpliciter & sine ambiguitate aliquid esse aut non esse dicat. *3.* Nulla daretur simplex Enunciatio, cum non cohærere prædicatum cum subjecto simpliciter possit, manente salvâ homonymiâ. *4.* Quia *eiusdem numero* vocis, non nisi *unica* esse potest *forma*, seu sensus unicus. *Obj. 1.* Omnium vocum *πολυσημεία*. *Resp.* Est *ignorar. El.* Loquimur de vocibus non *absolutè* positis, sed *constructis*, sub secunda mentis operatione. *Obj. 2.* Sensum cuiusdam dicti tam variè ab interpretibus exponi. *Resp.* Est *fall. causa*. Causa diversæ interpretationis sæpe *ambiguitas* seu *multitudo sensuum* non est; sed *vanum* & *inaccuratum* interpretis judi-

judicium. In medio sole cæcutimus, in maxima luce insani-
mus. Ex eventu id fit, hominumque vitiô. *Obj. 3.* Multiplicem
esse posse unius orationis sensum. *Resp. 1.* Dist. inter Orationem
simplicem & compositam, aut *formaliter multiplicem*. 2. Inter
sensum *naturalem* seu *literalem*; & *mysticum* vel *artificialem*:
item inter sensum *primarium & secundarium*, sive per consequ.
deductum. Item inter *nativam significationem & practicam ap-
plicationem*; item inter sensum orationis, & rei per orationem
significatæ. *Obj. 4.* Eandem vocem in eadem Oratione diversas
habere posse significationes. *Resp.* Est *ign. El.* Quæritur de voce
semel tm. posita: non de Voce in alio sensu *repetita*, v. gr. per
anacrasin.

*Qu. 17 In quonam formalis ratio Synonymorum
consistat?*

Resp. In identitate non tantum *reali*, sed simul *essentiali*.
Ratio: Quia omne prædicatum reale affirmativum, l. intrinse-
cum & essentialis, v. gr. in prædicamentibus, *Genus*, *Species*,
aut *differentia*; l. extrinsecum, seu extræssentiale est, *Proprium*,
aut *accidens*. Hoc *Paronymum*, illud *Synonymum* salutatur. 2.
Quia *Synonymum* dicitur prædicari *in quid*, abstractè &
quidditivè. *Obj. 1.* Synonyma non ingredi semper objecti
naturam posse, cum neq; materia, nec forma sint: imò nec subje-
ctum semper Corpus naturale. *Resp.* Est *fall. amphib.* Tò *ingre-
di essentiam* non est accipiendum *b. l. physicè*, componendo; sed
logicè, definiendo. *Obj. 2.* Ea potius esse Synonyma, quæ u-
num idemque significant. *Resp.* Est *fall. equiv.* Nam non de
Grammaticis h. l.: sed *Logicis* Synonymis agimus: *illa* sunt unius
rei plura nomina: *hec* plurium rerum Unum nomen. *Obj. 3.*
Equivoca etiam habere posse eandem definitionem, adeoque
& identitatem essentialis, nec tm. esse Synonyma. *Resp.* Est
ign. El. Definitio n. interna, essentialis, ac proxima adesse de-
bet; non verò nimis remota, externa & accidentalis. Et
quanquam æquivoca in *quodam tertio* univoca esse possint;
immediatè tamen alterum alterius essentiam non ingredi-
tur, quod proprium est Synonymorum. *Obj. 4.* In tran-
scen-

scendentalibus ac divinis, nec Genera, nec Species, nec Differentias dari; tñ. ibidem Synonyma esse. *Resp.* Est fall. equiv. Synonyma vocantur in vi eminenti; non a. talia sunt in vi predicamentali. Dist. itaque inter Synonyma, quã talia; & quã supradicamentalia, vel predicamentalia. *Obj. 5.* Si subjecto suo totam naturam suam Synonyma tribuunt, omnia simul attributa attribuunt: E. Paulus, si est homo, erit & doctus & Apostolus. Si animal; erit rationalis, vel irrationalis &c. Consequens falsum. E. & antecedens. *Resp.* Est fall. à dicto secundum quid. Non de accidentalibus, sed essentialibus attributis est subsumendum. Et quoad ultimum, Species cum Genere confundi non debet. Non disjunctivum, sed universale Prædicatum est adducendum.

Qu. 18. An omne Synonymum Univocum sit? N.

Prob. 1. Quia & intrinsece attributionis analogia Synonyma sunt, univoca non sunt. 2. Quia non omne Synonymum extremis suis equaliter inest, sed quoddam uni per prius, alteri per posterius. *Obj. 1.* Dist. esse inter prædicatum ipsum, & prædicati modum, vel nexum, sive consensum cum subjecto. Priori modo, Synonymum omne esse univocum. *Resp.* Est pet. princ. Ipsum prædicatum per & propter consensum Synonymum dicitur; qui cum, inequalis est, prædicatum certè univocum esse non potest. *Obj. 2.* Etiam excellentiori modo de homine prædicatur animal, quàm de bruto: univocè tamen de utroque, E. analogiã opus non esse. *Resp.* Est fall. cause. Non dignitatis ac excellentiæ nudæ; sed ipsius nature ac essentialis dependentiæ prioritas & posterioritas analogiam istam constituit: adductũ E. Exemplum dissimile est. *Obj. 3.* Differentialem hunc dependentiæ conceptum ad Synonymi, conceptus istius generici naturam non pertinere; Analogiam E. in Synonymo non dari. *Resp.* Est fall. Consequ. Quanquam n. communis ille Synonymi conceptus in sese, formaliter, & abstractè, sit idem semper, ac invariabilis; materialiter tamen, attributivè, inferiorumque suorum respectu, à quibus inequaliter participatur, diversus est, ac analogicus. At hinc in Logicis prædicandi modum tractamus.

Etiamus, *Obj.* 4. Secundarias scibilis affectiones esse *Univocationem ac analogiam*; ideoque neutquam ad *Logicam*; sed ad *Gnostologiam* pertinere. *Resp.* Est *fall. ex equiv.* quatenus affectiones sunt, ad *Gnostologiam*; quat. *notiones*, prædicandi aptitudinem demonstrantes, ad *Logicam* pertinent.

Qu. 19. An dentur Univoca accidentalia? N.

Prob. 1. Quia contradictio est, *Synonymum esse, & accidens esse.* 2. Quia confunditur *Paronymum cum Synonymo.* 3. Quia *Homonymo ubique opponitur Synonymum non modò, sed & Paronymum.* 4. Quia *Univoca illa, quæ finguntur, accidentalia, non prædicantur in quid, sed in quale; non definitivè, sed derivativè, e. gr. paries est albus, Cygnus est albus.* *Obj.* 1. Dari in *Synonymiam etiam inter accidentia: Resp.* 1. Est *fall. equiv.* Datur inter *accidentia prædicamentalia, non prædicabilia.* 2. Est *ign. El.* dantur *accidentia Univoca*; sed non dantur *Univoca accidentalia, attributivè.* *Obj.* 2. *Albedinis nomen simul & rem intrinsecè competere albedini parietis ac Cygni; Synonymia igitur accidentalis est.* *Resp.* Eadem sunt *fall.* Confunditur præterea *Concretum cum Abstracto.*

Qu. 20. In quonam formalis Paronymorum ratio consistat?

Resp. In *identitate extra essentiali.* 1. Quia omne prædicatum affirmativum, quod *essentiale non est, Paronymicum est.* 2. Quia *Paronymum non ipsam subjecti essentiam notat, sed adjunctum ejus, ab alio derivatum, ac extra-essentiale, v. gr. Proprium aut Accidens.* *Obj.* 1. *Formam, à qua derivatur Paronymum, non esse aliam à subjecto, siquidem sit in subjecto, v. gr. Risibilitas aut eruditio in homine.* *Resp.* Est *fall. Consequ.* siquidem id, quod *in alio est, aliud omninò etiam ab eo est, in essendo; licet non in existendo; essentialiter, licet non localiter.* *Obj.* 2. *A denominativo derivari rectius formam, quàm à formâ denominativum, e. gr. prudentia à prudens &c.* *Resp.* Est *ign. El.* Non n. attendimus hîc *derivationem Grammaticam, sed Logicam.*

giam Obj 3. In prædicationibus his: *Deus est homo; Ens est verum, bonum &c.* prædicata etiam esse *Paronyma*, quoniam *extræssentialia*; quum neque *propria* tamen, nec *accidentia* sint. Aut *E.* hæc *Paronyma* non esse; & imperfectum sic prædicabilium numerum: aut *non-essentialē* identitatem, propriam s. formalē *paronymorum* rationē non esse, *Resp.* Est *fall. ex ambiguit.* Communiter hinc attendimus *Paronyma Porphyriana* seu *prædicamentalia*, quæ utique *propria & accidentia* sunt: à quibus distinguatur oportet *Paronyma eminentia, transcendentalia* seu *supra-prædicamentalia*. *Exc. 1.* Notiones Logicas in Physicis ac Mylticis easdem esse non posse. *E.* fingi *Paronyma eminentia.* *Resp.* Est *fall. Conseqv.* Formaliter & in debitā *abstractione* omninò idem sunt; licet *varient materialiter*, & in *applicatione*. *Exc. 2.* *Paronyma eminentia* non prædicantur in *concreto*, sed in *abstracto*; e. gr. *Deus est homo &c. E.* *Paronyma* nō sūt *Resp.* Est *fall. à dicto secundū quid.* Videntur prædicari abstractè, quoad sonum; nec tñ, verè, quoad sensum; deest *identitas & participatio essentialis.* *Obj 4.* Recepta distinctio inter *essentiale & accidentale*; illud *Synonymum, hoc a. Paronymum.* *E.* *Resp.* Est *petit. princip.* *Oppositio* ista non est adæquata. *Omne Accidentis Paronymum*; sed non *contrà.* *Omne accidentale est extræssentiale*: sed non *contrà.* *Obj 5.* *Paronymum* omne (1) prædicatur *in quale*: (2) Est etiam *in subjecto*, *E.* utique *accidens.* *Resp.* Est *argumentum à Particul.* *Omne Paronymum, puta, prædicamentale.* item; *Prædicari in quale*, latè accipitur, pro eo, quod est *prædicari extræssentialiter*: sic quoque *esse in subjecto*, pro eò, quod est, *non esse ipsam essentiam Subjecti.*

Qu. 21. An omne Paronymum denominet? Aff.

Prob. Quia id derivatum ab alio Logicè est, ideoque *subjectum suum non per essentiam*; sed *per aliud* in concreto respicit. *Obj 1.* *Homo* nequaquam *Crispus* denominatur, etiam si *capillos crispas* habeat, quod tñ. *Paronymum* est. Sic neque *Æthiops albus*, etiam si *dentes habeat albos*: sic neque *aqua calida,*

lida, et si caloris gradum unum atque alterum habeat. Sic neque homo *rubicundus*, et si rubeat ex pudore. *Resp.* 1. Est *fall. causa*, Non enim denominatio non fit, quia *Paronymum* non fit; sed quia forma denominans quoad *exemplum primum & secundum* non inest *satis extensè*; nec quoad *tertium* *satis intensè*; nec quoad *quartum*, *satis protensè*. Deinde 2. *notand*: Denominatio- nis *subjectum* vel esse totale, vel *partiale*; *mediatum* vel *immediatum*; quod, vel ut quo. Item; quaedam *Paronyma* in *toto* *subjecto*; quaedam in *una* duntaxat *parte* esse. Hæc non sunt *confundenda*. *Obj.* 2. In his *Enunciationibus*: *Animal est homo*; *Virtus est iustitia*; prædicata sunt *Paronyma*, *denominativa* non sunt. *Resp.* Nō sūt *sonō*: benè *tn. sensu*: nō *Gramaticè*; benè *tn. Logicè*. Nam *extraessentialia* sunt, etiam si *adjectiva* non sint. Non omne *Paronymum* *Adjectivum*.

Qv. 22. An effectus predicari de causa sua possit? A.

Ratio: quia datur *ibidem consensus*. *Obj.* 1. *Prædicatum* vel debet esse *idem* cum *subjecto*, vel *inhærere* saltem *eidem*. Neutrum de effectū dici potest. *E. Resp.* Est *fall. ex hypoth.* Non enim omne *accidens* *prædicabile* debet *inhærere*, *strictè loquendo*, quemadmodum *accidens prædicamentale*. Sic homo dicitur *scribere*, *ambulare*, *vineam colere*, *domum exstruere* &c. *accidentaliter*. *Obj.* 2. Dicere non possum; *Pater est filius*, *susor est salceus* &c. *Resp.* Est *ign. El.* quamvis enim effectus non prædicetur in *casu recto*; *tn. in obliquo*. *Synonymum* non est; sed *Paronymum*.

Qv. 23. An Accidens predicetur de Substantia? A.

Ratio: Datur *n. consensus*. *Obj.* 1. Ergò rectè dico: *homo est albedo*. *Resp.* *Dist.* inter *prædicationem Synonymicam*, quæ fit in *abstracto*; & *Paronymicã*, quæ fit in *concreto*: hæc intelligenda. *Obj.* 2. *Facultas intelligendi*, *volendi* &c. est in *homine*, *E. homo est facultas intelligendi* &c. *Resp.* *Confunditur iterum abstractum cum Concreto*; *Synonymum cum Paronymo*.

Qv. 24. An Notio secunda prædicetur de
prima? A.

Ratio: datur ibi consensus. Verum namq; de *animali* est; quod sit *Genus*, vel, quod, ut *Genus*, concipi possit. *Obj. 1.* Nō-Ens non est; E. prædicari non potest; E. nec secunda notio. *Resp.* & negatione conceptus objectivi ad negationem conceptus formalis *N. V. C.* *Obj. 2.* Non habent eandem essentiam; Ergo neque consensus; *Resp.* Si non Synonymicum; tamen Paronymicum. *Obj. 3.* E. DEus potest dici *Genus, Species, differentia*; *Resp.* Est argumentum a Partic. Ab indeterminato ad determinatum *N. V. C.* *Obj. 3.* Si notio secunda verè prædicatur de homine, prædicabitur quoque de Petro vel Paulo. E. sicut homo est *Species*; ita & Petrus. *Resp. Maj. limit.* est. Si notio secunda prædicatur de homine verè, atque mobiliter, l. personaliter: i. e. cum descensu ad inferiora: & sic negatur Minor.

Qv. 25. An Prædicabilia sint pars Logicæ
essentialis? Aff.

Prob. Quia ad prædicamentorum, demonstrationum, definitionum, divisionum, prædicamentorum, modorum omnium naturam & cognitionem spectant; ideoque non minus, quam ipsa prædicamenta, tanquam legitima instrumenta, in finem Logicæ influunt. *Obj. 1.* Eum in finem conscripta duntaxat ab ipso Porphyrio Prædicabilia esse, ut Prodromum faciant ad Aristotelis Categorias rectius intelligendas. Fuisse Logicam, antequam fuerint prædicabilia. *Resp.* Est ign. El. Non sub hoc accidentali Logicæ conceptu, quæ, in Aristotelis organo continetur, nos id affirmamus; sed sub essentiali ejus conceptu. *Dist.* E. inter Logicam Systematicam & habitualem; item; inter ipsas Prædicabilium notiones, & earundem methodicam consignationem. Hæc accidentalis est, illæ tn. per se ad Logicam pertinent, nec Prædicamentorum cognitioni interserviunt. *Obj. 2.* Præmittenda prædicamenti prædicabilia non esse, juxta sententiam Crellij. *Resp.* Omnino; nam ista sine his nequeunt intelligi. Tum etiam hæc istis sunt generaliora.

Qv. 26.

Qu. 26. An tantum quinque Prædicabilia
sint? Aff.

Prob. 1. Quia tm. quinque sunt modi simplices prædicandi. Nam omne prædicabile vel est in quid, & continet subjecti partem, unde Genus; vel totam subjecti naturam, unde Species; vel est in quale, idque essentialiter, unde Differentia; vel accidentaliter, tumque aut necessario, unde Proprium; aut contingenter, unde Accidens. Vel etiam 2. Omne Prædicabile vel est essentialiter, tumque subjecti sui aut materiale, Genus: aut formale, Differentia: aut totale, Species: vel extressentialiter, necessarium, Proprium; contingens, Accidens. Unde nec obstat 1. Prædicabilia esse propter Prædicamenta; in his v. tum Generis, tum Speciei occurrere usum, nec non obliquè Differentia. Binarium E. vel ternarium sufficere. Resp. Est El. finis. Hic enim genuinus atque potissimus Prædicabilium finis est, ut modos prædicandi generalissimos explicet, etiamsi etiam Prædicamentorum exstructioni simul interserviant. Ab hac applicatione, ad prædicabilium numerationem N.V.C. Obj. 2. In & ex omnibus Locis Topicis dari Prædicabilia; igitur plura esse, quam quinque. Resp. Est fall. Consequ. Confunditur n. res prædicanda cum prædicandi modo: Speciales argumentorum prædicatorumque classes, cum generalissimis prædicationum fundamentis. E. A numero locorum Topicorum, ad numerum prædicabilium N.V.C. Obj. 3. Tot universaliter esse, quot singulariter, juxta illud; Multiplicatio unò oppositorum, multiplicari & alterum. At infinita sunt hæc, E. & ista. Resp. Neg. Consequ. Unò n. oppositorum multiplicato, non necesse est, ut multiplicetur alterum realiter; sufficit, si saltem formaliter. A pluralitate Individuorum, ad parilem pluralitatem prædicandi modorum seu prædicabilium N.V.C. Obj. 4. Quot prædicamenta, tot prædicabilia, Decem &c. E. Resp. Est fall. Consequ. nec non El. parium. A numero Prædicamentorum ad numerum Prædicabilium N.V.C. Obj. 5. In hac Enunciatione: Mensa est lignea; nec Genus &c., nec accidens prædicari, quippe prædicatum substantiam esse, E. non sufficere quinarium numerum. Resp. Est fall. homonym. Uti que prædicabilia

Creatum id accidens est; non quidem predicamentale, tm. predicabile. Contingenter n. Mensa lignea est. Obj. 6. Duo tm. predicabilia esse, quia duo tm. sint generales predicandi modi, essentialis & extraessentialis. Resp. Est fall. Consequ. Dist. Inter modos ipsos, & eorum principia, fundamenta vel causas. N. V. quotuplex predicatum, totuplex modus predicandi. Unius n. rei plures esse modi possunt. Obj. 7. Ad numerum predicabilium referri hujus propositionis predicatum non posse: Deus creavit caelum & terram. Resp. Non potest, directe: d: neque Opus est. Res enim predicamentales non adducuntur. Paronymica ista est; eminentis tamen; non predicamentalia.

Qv. 27. An Individuum sit predicabile? N.

Prob. 1. quia non habet inferiora, de quibus possit predicari; 2. quia est principium, subjectumque radicale predicabilium. 3. quia neque constituit, neque efficit aliud; sed potius passivè se habet; ideoque nec Paronymum est, neque Synonymum. Obj. 1. Mons quidam est Taurus, Poeta quidam est Taurus &c. Individuum hinc predicatur. Resp. 1. To EST, notat hinc appellationem; pro vocatur. 2. Vox Tauri quoque supponitur formaliter, quatenus commune nomen est: non materialiter, quatenus ens singulare est. It. semel ut Proprium, semel ut Appellativum: sed utraque enunciatio inordinata. Obj. 2. Quidam equus est Bucephalus. Resp. 1. i. e. vocatur Bucephalus. 2. Inversa & inordinata est Enunciatio; ita formanda potius: Bucephalus est Q. E. 3. Obj. 3. Petrus non est Paulus. Resp. Predicabile debet esse predicatum affirmativum. Obj. 4. Memius est Memmius. Resp. Predicatum sumitur improprie; non proprie ac Logicè. Aut si proprie, tamen tautologicè.

Qv. 28. An Predicabilia rectè dicantur Universalia? A.

1. Universalia non in causando, nec in representando, nec in essendo, nec in significando; sed in predicando. 2. quatenus. Universale opponitur singulari, non quatenus particulari.

Qv. 29.

Qu. 29. An Genus in Una Specie, & Species in Uno Individuo possit conservari? A.

Prob. 1. quia de *Generis* natura & essentia non est *multitudo* Specierum; ideoque & in Uno individuo *intensivè* totum est. Sicut Universale in Uno existere Individuo potest; ita etiam Genus: quia omnis *Species*, Unica etiam, *Genere* tamen ac *differentia* constat. Eadem sunt applicanda ad Speciem & Individuum. *Obj. 1.* Divisio generis semper in plures Species fit. *Resp. 1.* N Sed, si plures existant. *2.* Divisio, generis accidens est, ideoque abesse potest, ut *applicatio simplex* sufficiat. *Obj. 2.* Contrahitur autem Genus ad Speciem per differentiam specificam, quæ semper fundatur in *oppositione plurium*. *Resp.* Est fall. *Conseqv.* Absolutè necessum non est, ut conceptus ille specificans ipso actu plures ejusdem generis efficiat Species: *potentia* sufficit, & aptitudo; aut etiam *oppositio saltem contradictoria*. *Obj. 3.* Sed Genus hac ratione non erit latius Specie suâ. *Resp.* Actu ipso & *extensivè*: bene tamen *potentiâ & intensivè*. *Obj. 4.* Plurium Specierum mentionem fieri in definitione Generis, ac plurium individuum in definitione Speciei. *Resp.* intelligendum hoc est, *1.* de actu *l. potentia*. *2.* ὡς ἂν τὸ πᾶν. *Exc.* Generis ac Speciei natura non erit perfecta. *Resp.* *intensivè*, omninò; licet non *extensivè*: essentialiter, licet non accidentaliter: in plenitudine essentia; licet non in latitudine convenientia.

Qu. 30. An DEO competat Logicum Genus? N.

Prob. 1. quia DEus non est *Species*, nec *Individuum* Logicum; sed *Ens* singularissimū. *2.* quia omne Genus naturâ prius Specie; Deo verò nihil prius, sive tēpore, sive naturâ. *3.* quia Genus *perficitur* per differentiam specificam. Deus verò actus purissimus est, simplicissimus, omnis expers compositionis. *4.* quia *infinitum* finire vel propriè definirî, implicat. *Obj. 1.* Genus ejus esse posse *Ens per se subsistens*, sive *substantiâ*. *Resp.* DEus non est *substantia predicamentalis*, d. *trāscēd.* quæ Genus generalissimū non est, per se se ac formaliter; sed saltem *conceptus latior*, nec *Univocus*, quale Genus esse debet; sed *analogicus*. *Obj. 2.* Genus esse posse

posse spiritum; prædicatur n. in quid & essentialiter. *Resp.* 1. at non univocè. 2. nec prædicamentaliter, ut genus: sed transcendentaliter, ut conceptus latior. *Exc.* 1. Genus esse tm. notionem secundam. *Resp.* in actu tm. exercito, seu applicatione habet fundamentum in ipsa re, tumque notionibus primis respondere debet. *Exc.* 2. Dist. inter definitionem Logicam & Theologicam. *Resp.* Theologia novas definiendi Regulas non tradit.

Qv. 31. An prædicatum Generis, sit etiam prædicatum Speciei? *Aff.*

Prob. 1. quia Genus secundum se totum commune suis inferioribus omnibus est: nam Speciei naturam ingreditur. *Obj.* 1. Hominem esse animal, & animal esse rationale & irrationale, E. & hominem esse rationalem & irrationalem. *Resp.* Esse rationale l. irrationale, 1. disjunctivè est intelligendum. 2. est prædicatum Generis non essentialiter, sed accidentaliter. *Obj.* 2. Animal currens est bipes l. quadrupes, E. & serpens. *Resp.* Sed id iterum Generi inest, non essentialiter, sed accidentaliter. *Obj.* 3. Animal est Genus, trisyllabum, Neutrum &c. E. & homo. *Resp.* sunt hæc prædicata notionalia, non realia.

Qv. 32. Sit ne plus in Genere, quàm in Specie? *N.*

Prob. Quia Species continet in se 1. Genus, 2. Differentiam. *Obj.* 1. Sublato Genere tolluntur Species, E. plus in Genere, quia sub illo & Species. *Resp.* Est ign. *El.* Non n. quæritur, an sit plus sub genere; sed an sit plus in Genere. *Obj.* 2. Quicquid est in Genere, etiã est in Specie; nõ n. pl9 in Specie, quàm in genere. *Resp.* at nõ reciprocè valet: quicquid est in Specie, est etiã in Genere; æqualia E. nõ sunt. *Obj.* 3. Naturã prins esse Genus, quàm Specie, ideo que prædicari de pluribus posse, quàm Speciem. *Resp.* Iterum est ign. *El.* Loquimur n. de ratione essendi, non de ratione prædicandi. Plus est in genere, potentia; plus in Specie, actu ipso: non ratione prædicationis; sed ratione definitionis.

Qv. 30. An Differentia Speciei suæ debeat esse essentialis? *Aff.*

Prob.

Prob. 1. quia non est Paronymum, sed *Synonymum*. 2. quia Accidens subjectum saltem in *concretò* variat; specificè v. non distinguit. 3. Si accidentalis foret, tum non discerni *Species* inter se possent. 4. Fieri nequit, ut differentia Specifica huic & insit; & non inesse possit. *Obj. 1.* Species alias esse nigras, albas, alias medi coloris, quæ differentia licet *accidentales*, differentiam in. constituunt. *Resp.* differentiam verò non *essentialem*; sed *accidentalem*; non *Specificam* seu *Synonymicam*, sed *Paronymicam*; non constitutivam, sed qualificativam. *Obj. 2.* Quantitatem, qualitatem, habitum, virtutem, dispesci in *Species* per differentiam *non substantialem*, sed *accidentalem*. *Resp.* Est. *fall. equivocat.* Dist. inter *accidentale, respectivè*, quod opponitur essentiali; & *absolutè*, quod opponitur substantiali. *Differentia* potest esse *accidentalis, entitativè*; neutiquam *attributivè*.

Qu. 31. An differentia toti semper inesse debeat Speciei? A.

Prob. Quia simpliciter impossibile est, *speciem* esse sine propria sua *differentia* specificâ. *Obj. 1.* Differentia non ingreditur definitionem Speciei. E. ei non inest. *Resp.* Est *fall. equivoc.* De *primis* n. conceptibus loquimur, non de *secundis*. *Materialiter* sunt accipiendi termini isti; non *formaliter*. *Obj. 2.* Non omnes canes quadrupedes sunt, nec omnes anseres bipedes &c. *Resp.* Est *ign.* El. quæstio est de *differentia Specifica, essentiali*, & propria; non de *Paronymica, accidentali*, & communi. *Obj. 3.* Si Differentia inest, accidens erit: id quod absurdum. *Resp.* *Inesse* non accipitur *strictè*, pro inhaerere, quomodo Accidens est in subjecto: sed *latè*, quomodo pars dicitur esse in toto, univocè, l. analogicè. Absurdum in. haud est, *Differentiam* quâdam *accidens* esse, sc. *prædicamentale, ac entitativum*. *Obj. 4.* Sessio, sanitas, cursus, sunt differentia hominis sedentis, sani, currentis: abesse in. ab homine possunt; E. semper non insunt. *Resp.* *Concretivè* differentia ista sunt accidentales, & ab homine, *absolutè spectatò*, abesse possunt: etiamsi *abstractivè* sint essentialia homini, *quat. sedenti, quat. sano, quat. currenti, reduplicativè*; tumque differentiarum istarum communitas ad certam

tam speciem restringitur. *Obj. 5.* Rationalem non semper esse hominem, sed ad mortem usque sapissimè fatuum, stultū, *E. Resp.* dist. inter ipsam *rationalitatem*, & *ejus usum*. Actus primus semper inest, ut ut *secundus actus* impediatur nonnūquam.

Qu. 32. An Propria separari realiter à suis subjectis possint? A.

Prob. Quia non implicat, *Substantiam* esse, suoque tamen care-
re *proprio*; nam id *Paronymum* ejus est, & extra essentialē. 2.
quia τὸ ἴδιόνος cognoscere noster intellectus potest, non
cognitō ἐπὶ ἴδιόνος. 3. quia à nobis separari mentaliter
Propria possunt, cur non & multò magis à Deo realiter? 4. *Ab*
exemplis. Aquæ proprium est, non propriis, sed alienis confi-
stere terminis; separatum tñ. hoc *Proprium* fuit. Sic ferrum
natavit, ignis non usit, Sol etiam quievit. &c. *Obj. 1.* Contra-
ria non possunt esse in eodem subjecto; atqui *esse hominem*, &
non esse risibilem; esse ignem, & non esse ustibilem, sunt contra-
ria. *E. Resp. 1.* *Contraria* non sunt; sed *privativa*; nec 2. de sepa-
ratione loquimur positivā, sed *privativā*. *Obj. 2.* Positā causā
sequitur effectus; *E.* positā formā essentiali ponuntur *Propria*.
Resp. positā causā, sc. *in actu* & *non impedita*; hinc verò per divi-
nam τῆς ἐπερχείας, 1. *secundi actus sufflaminationē* impediti es-
sentialis formæ influxus potest; sicuti & effectus separari potest
à suā causā. *Obj. 3.* Quæ sunt ἀντίσποφα καὶ συνωάρχοντα, eo-
rum negatō unò, destruitur alterum; *Propria* & *subjecta* &c.
E. negatis propriis, *subjecta* destruuntur, quod multis modis
absurdum. *Resp.* Est ign. *El.* *Ab ordinario naturæ statu*, ad ex-
traordinarium *N. V. C.* *Physica* necessitas non est *absoluta*, sim-
pliciter. *Obj. 4.* *Propria* essentialia sunt, *E.* abesse non possunt.
Resp. Sunt essentialia ἐπὶ ἰδίως, non ἴδιόνος: *παράνομα*, non
συνώνυμα. *Obj. 5.* *Propria* ex intimis naturæ visceribus fluunt;
ideoque ne ad momentum quidem temporis separari, sine
Subjecti everfione, possunt. *Resp. 1.* *Status naturalis* confunditur
cum *supernaturali*. 2. *fallum*, quod separatā proprii alicujus
qualitate, *subjecti* statim sequatur everfio: *Propria n. constituti-*
va non sunt. Fallit Canon: *proprietatum (Logicarum) dele-*

ctio 2

via, natura est negatio. Obj. 6. Separatum verò accidens proprium, ubinam quæso existit, cum sine subjecto esse non possit? Resp. Propriorum separatio positiva non est, sed privativa.

Qu. 33. An communicari propria possint? A.

Prob. 1. quia datur arctissima Substantiarum ἐνωσις, & p. essentialis, p. suppositalis συνδύασις, per penitissimam quandam ὡς κοινῶν ἐνοποιητική. Ut itaq; Unum tale sine altero non est, ita nec sine altero agit, facta nimirum proprietatum κοινωσία. 2. Ubi priorum κοινωσία non est, ibi neque communio τῶν ἐπερνημάτων, ibi nec ὡς χωρησις, ibi nec ἐνωσις. E. nec inter Unita entia ἐνωσις est, quod contradictorium. Sic 3. Proprium ignis ferro, proprium formæ, materiæ, proprium animæ, corpori, Proprium quantitatis substantiæ communicatur. Obj. 1. Disparatarum substantiarum communem esse non posse essentiam, E. nec commune essentiale Consequens. Resp. Est El. hyporb. Essentiale n. consequens fieri potest κοινωνητόν, s. communicatum; non α. κοινόν, s. commune, cum sit ἰδίον. 2. Etiam si E. sit essentiale Consequens Unius; per κοινωσίαν tamē, non fit essentiale consequens alterius; ut adeò & essentialium & proprietatum diversitas maneat. Obj. 2. Quod communicatur, commune est, E. qui communicari propria dicit, propria facit non propria. Resp. Est fall. à dicto secundum quid. Commune fit, respectu subjecti secundarii, ac aduniti, quoad χρῆσιν: proprium tn. est & manet respectu subjecti sui primarii quoad propriam & naturalem κτήσιν. Communicatum l. appropriatum fit: commune accidens verò simpliciter ac utrobique; non fit. Obj. 3. Q. communicatur alteri, ut ei verè & essentialiter insit, illud de subjecto in subjectum transire debet: quod absurdum; atqui propria secundum nos &c. E. Resp. Maj. est limit. h. m. Q. communic. alteri, ut ei verè & realiter, tanquam πρῶτω δευτέρῳ, per se insit, illud &c; & sic neg. Min. Realiter n. & id inest, quod cōpetit rei verè, licet non per se & essentialiter. Manet proprium subjecto suo proprium, etiam si simul per aliud subjectum, verè & realiter sit operosum. Obj. 4. Communicatō propriō, communicatur & ejus subjectum, & omnia propria, quæ illi simul in-

D

sunt;

sunt; at falsum est Consequ. Non n. ferrum est leve &c. *Es*
Resp. Est fall. Consequ. Omnia quidem propria possidentur simul;
 sed non simul usurpantur. Dist. E. i. inter κτήσιον & χρήσιον. 2. inter
 denominationem mediatam & immediatam. Ad solam κτήσιον
 quæ communicantur, mediatè etiam denominantur. Jam pro-
 pria ἀνεργητικὰ ad solam κτήσιον, E. & c. *Obj.* 5. Confusio fiet essentia-
 rum; si erit communio priorum. *Resp. Neg. Nam.* 1. propria
 non fiunt communia, nec 2. propria omnium rerum statim sunt
 communicata; nec 3. communicatio statuitur κτὶ σύγχυσιον, ἢ
 κτὶ μετέκτασιν, sed κτὶ συνδύασιον, ἢ περιχώρησιον.

*Qu. 34. An proprium Unius possit esse proprium
 alterius? N.*

Prob. 1. quia proprium ita non erit proprium. 2. quia
 proprium per se ac strictè sic dictum, in quarto modo, Uni
 soli proprium est. 3. quia forma & essentia rerum sunt imper-
 mixtae. 4. Si proprium Unius possèt esse proprium alterius,
 etiam Unius essentia poterit esse alterius essentia; quod
 absurdum. 5. quia obstat diversitas subjecti, principii, causæ,
 &c. *Obj.* 1. Proprium Petri est ridere; E. hoc non potest esse pro-
 prium Pauli. *Resp. Dist.* inter proprium numericum, i. individua-
 le, & specificum s. universale. Deinde proprium Unius (sc. *Speciei*
ei) non potest esse proprium alterius (sc. *Speciei*); benè tamen
Individuorum sub specie ista contentorum. *Obj.* 2. Communicari
 propria posse; E. proprium Unius posse esse alterius. *Resp.*
 Communicantur propria, non *inbessivè*; sed *attributivè*; non
 ratione κτήσεως primariae & naturalis; sed χρήσεως; non ut al-
 terius etiam proprium fiat, sed ejus accidens communicatum;
 non per ἀλλοποιήσιον, neque per μετέκτασιν; sed per περιχώ-
 ρησιον.

*Qu. 35. An negato Proprio, negetur quoque
 subjectum? N.*

Prob. 1. quia proprium non est συστατικόν, sed ἐπὶ ἄλλο. 2.
 non est συνώνυμον, sed παράνομον, ideoque abesse potest, salva
 essentia subjecti. *Obj.* 1. Ignoratae Specificae formae vicem a
 pro

proprio suppleri, E. negato proprio negatur res ipsa. *Resp.* Est
fall. Consequ. A nostra ignorantia & imbecillitate, ad conditionē
rei N. V. C. *Obj.* 2. Propria esse inseparabilia, E. negatis iis, ne-
gantur quoque subjecta. *Resp.* Inseparabilia sunt 1. non absolute
sed 2. tm. naturaliter. *Obj.* 3. Propria sunt ὁμογενήσιν ὁμοχρόνα
Resp. ordinariē: interim abesse salvā subjecti essentiā possunt,
in actu etiam primo, supernaturaliter.

Qv. 36. *An Unum numero accidens possit esse in
duobus aut pluribus subjectis? A.*

Prob. 1. quia non est repugnans. 2. quia idem de propriis
affirmatur. 3. quia id probant exempla, e. gr. Potentiā sentiendi
eadem in anima & organo, potentiā urendi eadem in igne, & i-
gnitō ferrō. &c. *Obj.* 1. E. & potentiā hinniendi in cane &c.
Resp. 1. Est argumentum à Particul. 2. Dist. inter Subjecta separata
& Unita. *Obj.* 2. Accidentis natura est inesse. *Resp.* Dist. inter sub-
jectum quod & quo, primarium & secundarium, totale & partia-
le. *Obj.* 3. Accidens est impartibile, nec potest distrahi. *Resp.* Nec
opus est. Inesse pluribus potest ob ἐνωσιν, non ob μετέμβασιν.
Obj. 4. Non potest dividi. *Resp.* iterum, nec opus est: nam subje-
cta illa plura debent esse συνδεδυασμένα.

Δ. Γ. Θ.

Est Logicae studium certissima regula mentis,
Hujus culturam suscipit illa bonam.

Hesitat in multis, nec ubiq; recondita cernit,

Ast operâ Logicae mox cynosura datur. (bis)

Hæc, WÆCHTLERE, probat Tua nunc industria no-

Nam Tibi præ reliquis hæc cynosura placet.

Hancce colas studio, tuq; utere semper eadem;

Hæc cynosura Tibi commoda multa feret!

Johannes Deutschmann D.

44

*Ad
Literatissimum*

DNUM. RESPONDENTEM.

PRima tibi docto surgit de pectore,
flamma,

Atq; ardes humeros explicuisse tuos,
Plaudimus, ingenium commendamus
que laborem,

Dū novus ex alio se tibi pandat honor.

JOHANNES ERICUS OSTERMANNUS
P. P.

FUndum petat, lymphas maris qui su-
stinet,

Haurire, nam dulcedo in imo subsidet.

Leviter studia non tangat, ut Nilū canis,
Qui fructuum horum respicit dulcedinē.

WÆCHTLERE, jam dum quanta fit virtus
Tua, (favor,

Documenta produnt; inde & æthereus
Te tollet. en! quid posset esse dulcius?

JACOBUS SCHILLINGIUS,
Stendaliâ Palæo-Marchicus.

Ung VI 73

ULB Halle 3
004 108 515








Farbkarte #13

B.I.G.

...mine JESU!
LEGII
ICI
TITORII

PUT. I.
emio, & Ante-præ-
Prædicabilibus :

uam,
RÆSIDIO
ARISSIMI QVE VIRI,
I WÄCHTLERI,

ec. non Amplissima Facul-
Adjuncti dignissimi,
ni sui estimatis-
simi,
quisitioni subicit
UTOR

D Wächeler
ná Misn.
itorio Maj.
.Novemb.

ppis Johannis Haken. 1668.